



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev  
Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum**

**Arles y Andosilla, Martin de**

**Romæ, 1559**

Ponit conclusiones theologicas contra obseruationem huiusmodi dierum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29941**

## TRACTATVS

cis seu périculosis secundū dispositionē  
siderū quę cōtingunt temporibus āni : sed  
quod dies sanctorū prēdictorum : vel dies  
traslationis beati Martini quę vulgares  
dicūt esse semper periculosum vocantes  
sua lingua mótna vel basconica, Iando  
ne martie erroya , quod latine ītellectū  
idē est quod sctūs Martinus corruus : hoc  
superstitiosum est : quia nō debet hoc iu  
dicari secundū id quod est de peraccidēs :  
sed secundū quod est de perse: quod aut  
tale festū accidat tali die hoc est de per-  
accidens: potest enim cōtingere tale fe-  
stum alia die sancta & bene constellata .

Ponit conclusiones theologicas con  
tra obseruationem huiusmodi dierum .

**C**Onsequenter per locum ab autho-  
ritate sic argueretur de theologī-  
ca . Nam cuilibet experto in sua  
arte credendum est magis quam vel i-  
diotis vel insciis in illa scientia : qui nec

intelligūt nec assentiuunt. Setētia enim Gregorii presumptionem esse velle docere se doctiorem. Aliud est enim guari re que veniunt ad fantasiam. Aliud est de scripturis sacris proferre sermonē. Istud cum artis subtilitate subsistit. Illud dilabitur sine firmitate. Ex hoc dixerim quia sunt quidā sapientes huius seculi qui dū se vidēt honorari pro aliqua scientia sit legum : sit canonum : sit industrie mūdinalis : etiā quidā idiote de suis diuitiis superbientes laxāt faciliter ora de sermonibus quos nesciunt : ut de theologia : de astrologia : qua si verecundarentur, aliquid ignorare : aut aliquando maiori de mentiaq; nō cognoscūt in se despiciunt : in aliis tāquā superuacua & noxia ne videātur ea que sunt utilia nequaquam cognoscere. Magna enim pars scieētie est dicit Hieronimus scire quod nescis ; magne demū demētie taliter agnoscere : sic igitur contentus vnusquisque terminus sue facultatis ne in aliis mordeat que in se penitus ignorat.